UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum sit vna tantum virtus moralis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72759

Visual Library

¶ 2 Præt. Tunc unumquodque eſt perfectum, quando eſt remotum a ſuo contrario, & ab his quæ ad cōtrarium inclinant: ſed paſſiones inclinant ad peccatum, quod uirtuti contrariatur, unde Ro. 7. nominantur paſſiones peccatorum. ergo perfecta uirtus eſt omnino abſque paſſione. F

¶ 3 Præt. Secundum uirtutem Deo conformamur, ut patet per Aug. in li. de Moribus* Eccleſiæ; ſed Deꝰ omnia operatur ſine paſſione. ergo uirtus perfectiſſima eſt abſque omni paſſione.

Li. 1. de Morib. eccle. c. 6. & 11. to. 1.

Sed contra eſt, ꝙ nullus iuſtus eſt, qui nō gaudet iuſta operatione, ut dicitur in 1.* Eth. ſed gaudiū eſt paſſio. ergo iuſtitia non poteſt eſſe ſine paſſione, & multo minus aliæ uirtutes.

c. 8. nō lōge ante. fi. to. 5.

Respon. Dicendum, ꝙ ſi pasſiones dicamus inordinatas affectiones, ſicut Stoici poſuerunt, ſic manifeſtum eſt, ꝙ uirtus perfecta eſt ſine paſſionibus. ſi G uerò pasſiones dicamus omnes motus appetitus ſenſitiui, ſic planum eſt, quòd uirtutes morales q̄ ſunt circa pasſiones, ſicut circa propriam materiam, ſine pasſionib. eſſe non poſſunt. cuius ratio eſt, quia ſecūdum hoc ſequeretur, quòd uirtus moralis faceret appetitum ſenſitiuum omnino otioſum. Non autē ad uirtutem pertinet: quòd ea q̄ ſunt ſubiecta rōni, a propriis actibus uacent: ſed quòd exequantur imperium rationis proprios actus agendo. unde ſicut uirtus membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitum ſenſitiuum ad motus proprios ordinatos. Virtutes uerò morales, quæ non ſunt circa pasſiones, ſed circa operationes, poſſunt eſſe ſine pasſionibus, & hmōi uirtus eſt iuſtitia, quia per eas H applicatur uoluntas ad proprium actum, qui nō eſt pasſio: ſed tamen ad actum iuſtitiæ ſequitur gaudiū ad minus in uolūtate, qđ nō eſt pasſio. & ſi hoc gaudiū multiplicet̄ ꝑ iuſtitiæ perfectionē, fiet gaudii redundantia uſque ad appetitū ſenſitiuū, ſecundū ꝙ uires inferiores ſequuntur motum ſuperiorē, ut* ſupra dictum eſt: & ſic per redundantiā hmōi quanto magis fuerit perfectior, tanto magis paſſionē cauſat.

q. 17. ar. 7. & q. 24. arti. 3.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ uirtus pasſiones inordinatas ſuperat, moderatas autem producit.

Ad secvndvm dicendum, quòd pasſiones inordinatę inducunt ad peccandum, non autem ſi ſunt moderatæ.

Ad tertivm dicendū, ꝙ bonum in unoquoque conſideratur ſecundum conditionem ſuę naturę: in Deo autem & angelis non eſt appetitus ſenſitiuus, ſicut in homine. & ideo bona operatio Dei & angeli eſt omnino ſine pasſione, ſicut & ſine corpore: bona autem operatio hominis eſt cum pasſione, ſicut & cum corporis miniſterio.

Qvaestio LX.

De diſtinctioue uirtutum moralium ad inuicem, in quinque articulos diuiſa.

Deinde conſiderādum eſt de diſtinctione uirtutum moralium adinuicem.

Et circa hoc, q̄runt̄ quinque.

¶ Primò, Vtrum ſit tantum una uirtus moralis.

¶ Secundò, Vtrum diſtinguantur uirtutes morales, quę ſunt circa operationes, ab his quæ ſunt circa pasſiones.

¶ Tertiò, Vtrum circa operatiōes ſit una tantum moralis uirtus.

F ¶ Quartò, Vtrū circa diuerſas paſſiones ſint diuerſæ morales uirtutes.

¶ Quintò, Vtrum uirtutes morales diſtinguantur ſecundum diuerſa obiecta pasſionum.

Articvlvs primvs.

Vtrum ſit una tantum uirtus moralis.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ ſit una tantum moralis uirtus. Sicut. n. in actibus moralibus directio pertinet ad rationem, quæ eſt ſubiectū G intellectualium uirtutum, ita inclinatio pertinet ad uim appetitiuam, quæ eſt ſubiectum moraliū uirtutum; ſed una eſt intellectualis uirtus dirigens in omnibus moralibus actibus, ſ. prudentia. ergo etiam una tantum eſt moralis uirtus inclinans in omnibus moralibus actibus.

¶ 2 Præt. Habitus non diſtinguuntur ſecundum materialia obiecta, ſed ſecundum formales rōnes obiectorum: formalis autem ratio boni ad quod ordinatur uirtus H moralis, eſt unū. ſ. modus rōnis. ergo uidetur ꝙ ſit una tātum moralis uirtus.

¶ 3 Præt. Moralia recipiunt ſpeciē a fine, ut* ſupra dictū eſt: ſed finis oīum uirtutum moraliū cōmunis, eſt unus. ſ. felicitas: ꝓprii autē & ꝓpinqui ſunt infiniti, non ſunt autem infinitæ uirtutes morales. ergo uidetur ꝙ ſit una tantum.

Sed contra eſt, quod unus habitus nō pōt eſſe in diuerſis potētiis, ut* ſupra dictum eſt: ſed ſub I iectum uirtutum moralium eſt pars appetitiua animæ, quę per diuerſas potētias diſtinguitur, ut in primo* dictum eſt. ergo non pōt eſſe una tantum uirtus moralis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut* ſupra dictum eſt, Virtutes morales ſunt habitus quidam appetitiuæ partis; habitus autem ſpē differunt ſecundum ſpeciales differentias obiectorum, ut * ſupra dictū eſt: ſpēs aūt obiecti appetibilis, ſicut & cuiuslibet rei, attenditur ſe K cundum formā ſpecificā, quæ eſt ab agēte. Eſt aūt conſiderandū, ꝙ materia patientis ſe hēt ad agens dupliciter. Quandoque. n. recipit formā agentis ſcđm eandem rōnem prout eſt in agente, ſicut eſt, in oībus agentibus uniuocis: & ſic neceſſe eſt, ꝙ ſi agens eſt unum ſpē, quòd materia recipiat formā unius ſpeciei: ſicut ab igne nō generatur uniuoce niſi aliquid exiſtens in ſpecie ignis. Aliquando uerò materia recipit formā ab agente non ſecundum eandem rōnem,

¶ *Super quæſt. ſexageſimæ articulum primum.*

In corpore articuli primi quęſtionis 60. dubium occurrit, quomodo ſtet, quod hic dicitur, quòd ratio eſt ſicut imperans & mouens; appetitiua autem uis ſicut mota & imperata, cū doctrina ſuperius poſita. quòd imperium eſt actus rationis motę ab appetitu. Si enim in imperando appetitus eſt primū mouens, non eſt ratio ut imperans & appetitus imperatus a rationę ſimpliciter, ſed ut mota eſt ab appetitu: ac per hoc appetitus imperatur a ſeipſo principaliter, & cōſequēter ruit totus proceſſus literæ fundatus ſuper hoc, ꝙ rō eſt uelut agens æquiuocum, & appetitus uelut patiens æquiuoce a ratione.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ aliud eſt loqui de rōne & appetitu in genere naturæ, & aliud loqui de eis in genere moris. In genere nanque naturę iam dictum fuit, quòd diſtinguendū eſt de motione uel ad ſpecificationem, uel ad exercitium actus. & quòd primum mouens ad ſpecificationem pertinet ad intellectū, primum uerò ad exercitium pertinet ad appetitū. In genere autē moris, quia ſupponitur uoluntarium, rō mouentis & moti, imperantis, & imperati non quæritur in actibus abſolute, ſed in actibus uoluntariis; ita quòd attenditur quis inter actus uoluntarios ſiue ſint eſſentialiter intellectus, ſiue uoluntatis, ſiue appetitus ſenſitiui, habet rationē mouentis & moti. Et quoniam hic ſupponitur ratio uoluntarii ut cōi omnibus, non attenditur differentia mouentis & motię nes dependentiam a uoluntate: ſed quoniam diſtinguitur penes rationale per eſſentia, & rationale ꝑ participationem, & conſtat quòd rationale per participationem deriuatur a rationali per eſſentiam, & ratio eſt rationalis per eſſentiam, & appetitus rationalis eſt ꝑ participationē: ideo ratio dicitur mouens, & imperans, & appetitiua uis mota, & imperata non ſimpliciter, ſed in moralibus. Moralia enim uoluntario conſtituūtur ut materia, ratione autem ut forma: & in rationali tātum animę parte ut ſic, ſiunt ut ſubiecto. Sed hæc reſponſio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prout eſt in agente, ſicut patet in generantibus non uniuocis, ut animal generatur a Sole. & tũc formæ receptæ in materia ab eodem agente, non ſunt unius ſpeciei, ſed diuerſificantur ſecundum diuerſam proportionẽ materiæ ad recipiendum influxum agentis, ſicut uidemus quod ab una actione Solis generantur per putrefactionem animalia diueſarum ſpecierum ſecundum diuerſam proportionẽ materę. Manifeſtum eſt autem quod in moralib. ratio eſt ſicut imperans, & mouens, uis autem appetitiua ſicut imperata & mota. nõ autem appetitus recipit impreſſionem rationis quaſi uniuoce, quia non fit rõnale ꝑ eſſentiam, ſed per participationem, ut dicitur in 1.* Eth. unde appetibilia B ſecundum motionem rationis conſtituuntur in diuerſis ſpeciebus, ſm quod diuerſimode ſe habent ad rationem: & ita ſequitur ꝙ uirtutes morales ſint diuerſæ

ſio non ſatisfacit: quia nihil ſpeciale dicit in moralibus. Quod ſic patet. Aut ſermo literæ, cum dicit manifeſtum eſſe, quòd in moralibus ratio eſt mouens & imperans, appetitiua autem uis mota & imperata, eſt de motione ad ſpeciem aut ad exercitium, aut ad utrumque. ſi de motione ad ſpeciem, hoc commune eſt tam moralibus quàm non moralibus. Et rurſus ex hoc non haberetur intentum: nã ex hoc hoc quòd bonum intellectum mouet appetitum, non habetur pluralitas ſpecifica appetitionum magis quàm intellectionum, niſi quia intellectiones ſunt cauſæ, & appetitiones cauſatæ. Immo potius haberetur forte æqua diſtinctio: quia obiecta adæquata appetitionibus diuerſarum ſpecierum, ſunt diuerſarum rationum: intellectio autem obiecti pars formalis eſt, quia bonum ut cognitum, mouet. Si uerò de motione ad exercitium, etiam hoc commune eſt tam moralibus quàm non moralibus, quoniam ſemper imperat ut mota a uoluntate, ut patet ſuperius in quæſtione de imperio. Et rurſus ex hoc non apparet unde ſequatur intentum, cum in litera ex motione rationis ſupra appetitum non inferatur. ergo appetitiones: ſed, ergo appetibilia ſunt diuerſarum rationum, quæ conſtat nõ ſpecificare ad motionem exercitii.

¶Ad hęc ergo dicitur, quòd quia proportio utitur rebus, quas cõparat ut diſtinctis, & porportione rationis ad appetitum, author pro medio utitur. Oportet ut utraque uis ſumatur ſecundum ſibi propria, infra latitudinem tamen moralium: quoniam de huius ſpeciebus generis quæſtio eſt: ac per hoc cum principium propriũ moralis eſſe ſit ratio, eo quòd, ut Dionyſius dicit, Bonum hominis eſt ſecundum rationem eſſe, oportet ut tam appetitiua quàm cognoſcitiua uis ſumatur inquantum rationalis, & in utraque ut rationalis eſt, ſpectemus quid proprium rationi, & quid appetitui: & ſecundum hæc iudicium fiat de diſtinctione ſpecierum moralium & propter hoc author in litera procedit ex hoc quòd ratio eſt rationalis per eſſentiam, appetitus per participationẽ. Quãuis autem mouere appetitum obiectiue & imperatiue conueniat intellectui, tam reſpectu moralium quam non moralium: mouere tamen appetitum regulatiue, proprium eſt ei reſpectu moralium. Et de hac motione eſt hic ſermo: in ratione.n. oportet eſſe legem regulatiuã appetitus, & habet mouere & imperare eo mõ, quo lex mouet & imperat: & propterea in litera uterque actus ei tribuitur. Mouet autem non quò ad exercitium actus, ut patet, ſed quò ad ſpecificationem, non qualemcunque, ut communiter facit, ſed regulatiuam appetitus, quod ſolum in moralibus obtinet. Imperat quoque ſpeciem appetitus & exercitii eius & aliorum: quoniam in moralibus oportet legem principari, & ei appetitum omnem obedire: alioquin ſi uoluntas principatur, accideret illud, Cui nimium licuit, licitum: cui praua uoluntas ius erat, & ſenſus pro ratione fuit. Et quoniam ratio regulat appetitum mediante appetibili conſonanti ipſi rationi: idcirco huius motio non eſt extra latitudinem motionum ad ſpecificationem. Et rurſus idcirco author non immediate intulit. ergo uirtutes morales ſunt diuerſæ; ſed uitando ſaltum, & gradatim deſcendendo a rõne ad appetibile, & inde ad morales uirtutes deuenit. Et merito, quia ratio formas dat appetibilibus, quibus morale genus ingrediuntur. Ex hoc nanque quòd appetibilia conſonant, uel diſſonant rationi, moralia ſunt, ut ex ſupradictis patet. appetibilia autem rationi conſona adæquata obiecta ſunt ſpeciebus moralium appetitionum & uirtutum. Et per hæc patet ſolutio omnium obiectorum: quoniam non loquuntur de imperio regulatiuo ut ſic, quod ſpectat ad ſpecificationem actus & habitus. Nec de motione & cognitione regulatiua unita in ſe: quia eſt ſuperioris ordinis, & participata in obiectis moralium, in quibus diſtinguitur & implicatur ut pars formalis eorundem: ſed de imperio ad exercitium actus, & de cognitione abſolute. Aliud eſt enim loqui de obiecto cognito, & aliud de obiecto conſono rationi. Cognitio nanque & conſonantia, licet in hoc conueniant quòd multiplicantur ſecundum obiecta, regula tamen cui conſonant conſonantia, non multiplicatur, & ad hanc dicitur conſonans obiectum, cognitum autem ut ſic, regulam non connotat.

¶Circa reſponſionem ad primũ in eodem primo articulo dubiũ occurrit duplex. Primo de ueritate eius quod dicitur, ſcilicet quòd prudentia directiua in omnibus moralibus uirtutum actibus eſt una ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam: de tali enim unitate & diuerſitate eſt ſermo. Secundo, penes quid attenditur uni-
A tas ſpecifica rationis formalis ueri obiecti prudentiæ.

¶ Contra primum enim eſt Scotus in 3. ſent. diſt. 36. art. 2. uolens quòd ſicut factibilia omnia non ſubſunt arti uni ſecundum ſpeciem, ita nec agibilia uni prudentiæ. eſt enim prudentia recta agibilium ratio, ſicut ars factibilium. Oppoſitum autem cum Ariſt. diuus Tho. hic tenet: & quòd ita ſit, probatur efficaciter ſic. Recta ratio agibilium iudicat inter agibilia diuerſarum uirtutũ moralium, ergo eſt una reſpectu omniũ uirtutum moralium. Antacedens patet in (In corp. art.) bonis & in malis, nã ad rectam rationem ſpectat diſcernere quid nunc, hic &c. magis expediat punitio iuſta acceptæ iniurię, an tolerare illã. ſimiliter an magis expediat bellare, an uoluptates oblatas proſequi; & ſic de aliis ſpectantibus ad diuerſa, uirtutes, uitiaque moralia &c. Conſequentia patet ex ratione, & authoritate ſecundi de anima, de ſenſu communi. Vnde ſicut nullus ſenſus proprius ſufficit ad iudicandum inter ſenſibilia propria, nec omnes ſimul, ita nulla recta ratio alicuius agibilis, nec omnes ſimul ſufficiunt ad iudicandum inter omnia agibilia, quę tamen experimur nos iudicare recta ratione. Aut ergo numerandæ ſunt prudentiæ propriæ iuxta ſpecies agibilium, & præter has prudentias ponenda eſt communis prudentia iudicans inter omnia, ſicut præter ſẽſus proprios ponitur communis: C aut ponenda eſt una ſola prudentia, iudicans propria ſingulariter & inter omnia. Primum nullus hactenus poſuit quantum uidi, nec rationabiliter tanta multitudo ponitur, quoniam illa ſola ſufficit. ſicut ſi natura potuiſſet facere ſenſum communem ſine propriis, attingentem ſenſibilia exteriora, utique ipſum ſolum feciſſet. unde cum nihil prohibeat prudentiam illam unam iudicantem inter diuerſas agentium ſpecies, cognoſcere ſingulas ſpecies, cum etiam ad ſingularia ſe extendat, ut patet ſexto Ethicorum rationabile, immo neceſſariũ eſt unam ſolam eſſe prudentiã reſpectu omnium agibilium. Putandum eſt ergo quòd prudentia eſt uirtus altioris ordinis, quam ſint uirtutes morales, ſicut ratio ꝑ eſſentiam eſt altioris ordinis rationalibus per participationem: propter quod in litera prudentia comparatur ad uirtutes morales, ut Sol ad ſpecies a ſe productas in materiis inferioribus: & ſimul dum oſtenditur ratio diuerſitatis uirtutum moralium, quia participationes ſunt, inſinuatur ratio unitatis prudentiæ, quia D per eſſentiam eſt ratio, & participata ab aliis: uirtus autẽ altioris ordinis oportet quod habeat obiectum proprium quoque altioris ordinis.

Et propterea ſingulę uirtutes morales habent pro obiectis ſingula agibilia: quædam enim ſunt obiecta unius, & quędam alterius, ut patet; ipſius autem prudentiæ obiectum eſt totum agibile, propter quod litera aſſignans prudentiæ obiectum in reſponſione ad primum dicit, quòd eſt contingens agibile, & non tale uel tale agibile. Contingens autem agibile, quia dupliciter eſt obiectum prudentię, ſcilicet ut uerum, & ut obiectum. ut uerum quidem, inquantum iudicatur ab ipſa, & hoc ſpectat ad prudentiam ex parte intellectus: ut bonum autem, inquantum eſt finis, ad quem præcipit, & hoc ſpectat ad prudentiam ex parte appetitus, omnibus modis unitatem formalem retinet, ac prudentię ſpecificam dat. Sicut enim ſenſibile obiectum ſenſus communis, licet in ſe commune genericum ſit, unitatem ſpecificam dat ſenſui communi, ita agibile obiectum prudentię. Et rurſus, ſicut bonum rationis in delectaE tionibus tactus eſt finis unus temperantiæ, & in timoribus & audaciis, finis unus fortitudinis, & ſic de aliis, ita bonum rationis in uniuerſo genere agibilium eſt finis unicus prudentiæ.

Oportet enim altioris ordinis uirtuti reſpondere finem altioris ordinis, immo ordo mouentium exigit ut altiori motori reſpondeat finis;, ad quem ordinantur omnes fines inferiorum: & ſic accidit in propoſito, dum bonum rationis in iſtis, & bonum rationis in illis paſſionibus ordinantur ad bonum rationis ſimpliciter, ideſt, totaliter, & ſic tam ex actu quam ex materia & obiecto ut uero bono, habetur unitas athoma prudentiæ.

¶ Nunc ſupereſt reſpondere ſecundo quęſito, & deinde ſatisfiet argumento Scoti. Cum quæritur. ergo penes quid attenditur iſta unitas rationis ueri obiecti prudentię? Reſponderi poteſt, & ex parte obiecti, & ex parte ſubiecti. ſi loquimur ex parte obiecti, unitas iſta attenditur penes unitatem rationis formalis, quod eſt contingens agibile, ut in litera in reſponſione ad primum dr. Contingens enim quod commune eſt factibili & agibili determinatum

adagibile, unicam rationem formalem ſortitur, quæ eſt obiectũ prudentiæ, ſicut ens mobile phyſice. Ex parte uerò ſubiecti, unitas iſta attenditur penes unitatem modi iudicandi, ſcilicet ſecundum diſpoſitionem appetitus, ut author inſinuat in quæſtione de uirtutibus in communi, articulo duodecimo. Omnia enim agibilia in particulari frequenter iudicamus ſecundũ diſpoſitionem appetitus: nec hæc unitas eſt ſic ex parte ſubiecti, quin inchoet ab obiecti natura. quia ex hoc quod agibilia conſiſtunt in operationibus & paſſionibus, quæ in nobis ſunt, conſurgit quòd ſecundum affectum iudicemus ea. unde factibilia, quia ſunt extra nos, non ex affectu, ſed intellectu iudicamus. Quia ergo alia ratione uerũ decernimus circa agibilia, & alia circa factibilia & ſcientifica, & hęc ſpecialis ratio conſiſtit in hoc, quod eſt iudicare ſecundum diſpoſitionem appetitus, & in hoc omnia agibilia conueniunt, ideo omnia agibilia ſub una ueri ratione ab intellectu conſpiciuntur, ac per hoc una eſt intelligibilis uirtus dirigens ea. Nec obſtat, quòd diſpoſitiones appetitus, ſecundum quas fit iudicium, ſunt diuerſæ, ſicut non obſtat unitati ſcientiæ diuerſitas principiorum eius. diſpoſitiões námque iſtæ cum ſint affectiones ad fines operum, & fines in operabilibus ſint ſicut principia in ſpeculabilibus, ſunt principia, non partes rectæ rationis, quę eſt uirtus intellectualis, uocata prudentia. Ad motiuum autem Scoti dicitur, quòd ſimilitudo de arte & prudẽtia non currit quatuor pedibus. conſtat enim ex ſexto Ethic. quòd ars eſt in ratione ſolum, & ideo contingit eius obliuiſci, ſicut & ſcientiarũ, prudentia autem non: & ideo eius omnino eſt obliuio. unde ad ꝓpoſitum dicitur, quòd factibilia non ſunt nec inter ſe, nec in ſuis principiis connexa, ut patet. Agibilia autem & inter ſe, & in principiis connexa eſſe oportet ad unicam rectam eorum rationem. & quod inter ſe quidem adeo concurrant, ut hoc exigant, patet ex frequentibus operationibus eorum occurrentibus in humana uita, quas oportet recta rõne agibilium iudicari & eligi: quod non contingit in diſparatis artibus. Non enim oportet ponere unam artem diſcernentem inter actus artis ſutorię, & nauigatiuę, quoniam hęc diſcretio non eget regula practica, ſed ſcientia, ut patet. Electio aũt huius artis magis quam illius ad prudẽtiam ſpectat, ſicut aliæ electiones quarumcumque operationum. In principiis aũt connexioné exigere manifeſtat, ꝙ error in proprio principio rectę rationis reſpectu delectabilium redundat in errorem principiis & concluſionis in terribilibus, & ecõuerſo. ſi quis enim recte diſpoſitus ſit ad pericula belli ſubeunda, & male circa uenerea, & pręualere contingerit diſpõné ad uenerea oblato obiecto delectabili, omittet proſequi pericula belli impedientia delectationé, & econuerſo, recte diſpoſitus ad abſtinentiam a venereis, & male circa timorem periculorum, imminente periculo, ſi timor præualuerit, omittet caſtitatem, ne incidat in formidatum malum ut de Lucretia dicitur, & quotidiana experientia docere poteſt. & hoc, quia prudentia eſt in ratione, ut ſubeſt appetitui.

In corp.ar.

vir.q. ar.13. in cor.

ſecundum ſpeciem, & non una tantum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd obiectum rõnis eſt uerum, eſt autem eadem ratio ueri in oĩb. moralibus quæ ſunt cõtingentis agibilia, unde eſt una ſola uirtus in eis dirigens, ſcilicet prudentia. Obiectum autem appetitiuæ uirtutis eſt bonum appetibile, cuius eſt diuerſa rõ ſecundũ diuerſam habitudinẽ ad rõnẽ dirigentem.

Ad secvndvm Dicendũ, qđ illud formale eſt unum genere ꝑꝑ unitatem agentis, ſed diuerſificat ſpecie propter diuerſas habitudines recipiẽtiũ, ut* ſupra dictũ eſt.

Ad tertivm Dicẽdum, quòd moralia non habent ſpeciem a fine ultimo, ſed a finibus proximis qui quidem & ſi infiniti ſint numero, non tamẽ infiniti ſunt ſpecie.

Articvlvs II.

Vtrum uirtutes morales, quæ ſunt circa operationes, diſtinguantur ab his quæ ſunt circa paſſiones.

AD secvndvm ſic procedit. Videtur, quòd uirtutes morales non diſtinguantur abinuicẽ per hoc, quòd quędam ſunt circa operationes, quædam circa paſſiones. Dicit enim Philoſoph. in 2.* Ethic. ꝙ uirtus moralis eſt circa delectationes & triſtitias, optimorum operatiua; ſed uoluptates & triſtitię ſunt paſſiones quædã, ut* ſupra dictum eſt. ergo eadem uirtus, quę eſt circa paſſiones, eſt etiã circa operationes, utpote operatiua exiſtens.

G ¶2 Pręt. Paſſiones ſunt principia exteriorum operationum. ſi ergo aliquę uirtutes rectificant paſſiones, oportet quod etiam per conſequens rectificent operationes. eędẽ ergo uirtutes morales ſunt circa paſſiones & operationes.

¶3 Præt. Ad omnem operationẽ exteriorẽ mouetur appetitus ſẽſitiuus bene, uel male: ſed motus appetitus ſenſitiui ſunt paſſiones. ergo eædẽ uirtutes, quæ ſunt circa

H operationes, ſunt circa paſſiones.

Sed contra eſt, quod Philoſophus* ponit iuſtitiam circa operationes, temperantiam autem, & fortitudinem, & manſuetudinem circa paſſiones quaſdam.

Respon. Dicendum, quod operatio & paſſio dupliciter poteſt comparari ad uirtutem. Vno modo ſicut effectus: & hoc modo omnis moralis uirtus habet aliquas operationes bonas, quarum eſt productiua, & delectationem aliquam, uel triſtitiam, quæ

¶ *Super Quæſt. ſexageſima Articulum ſecundum.*

IN tit. artic. ſecundi eiuſdem 60. q. aduerte, ꝙ ſicut diſpoſitio eſt ſuperius ad habitum, & tamen diſpoſitio diſtinguitur contra

F habitum appropriato communioris nomine ſibi: ita operatio genus eſt ad actus appetitus ſenſitiui, qui uocantur paſſiones, & alios operationes, & tamen operationes aliæ ab operationibus appetitus ſenſitiui appropriauerunt ſibi operationis nomen: & contra paſſiones diſtinguuntur ſub operationis uocabulo, ea ut puto ratione, quia actus appetitus ſenſitiui hoc ſpeciale ſortiti ſunt, quòd paſſionem corporalem annexam habent; alii uerò hoc non exigentes in communi remanſerunt uocabulo. Sumitur ergo hic operatio nõ communiter, ſed ut contra paſſionem diſtinguitur, & continet ſub ſe actus exteriores uolũtarios, ut clarius patebit.

q.59. art.4. ad 1.

¶ In corpore articuli nota quatuor. Primò, quod author diſtinguens bonitatis rationem in paſſionibus & operationibus penes habere bonitatem ſecundum commenſurationem ad affectum operantis, & habere bonitatem ſecundum ſe, appellat primo operationes ſecundum ſe bonas: & deinde ſecundum commenſurationem ad alterum bonas. ubi uidetur ſibiipſi oppoſitus, eo quòd a medio in extremum alterum declinat. Operatio namque tripliciter poteſt conſiderari. Primo ſecundum cõmenſurationem ad affectum operantis. Secundò ſecundum ſe.

I Tertiò ſecundum commenſurationem ad alterum; & omnia iſta membra in litera tanguntur. Et tamen author ſecundum membrum confundit cum tertio. ſi enim hoc licet, quare non licebit confundere etiam ipſum ſecundum cum primo? Sed hoc non te moueat: quoniam iuxta ſubiectam materiam ſermo fit. operationes nanque diſtinctæ contra paſſiones, ſunt operationes ad alterum. In his autem quæ ſunt ad alterum, idem eſt dicere, ſecundum ſe, & in ordine ad alterum: quia ſecundum ſe ſunt ad alterum. & propterea licuit authori non confundere, ſed explanare ſecundum membrum per tertium, ut clarius in ſequenti articulo explicat dicens, quòd ſecundum conuenientiam operationis in ſeipſa accipitur ratio debiti, qđ conſtat eſſe ad alterum. unde non eſt idem iudicium de coincidentia ſecundi membri cum primo, ut patet.

¶Secundò nota in calce articuli ly, principaliter. Inductiue nãque in temperantia, fortitudine, & iuſtitia, patet paſſiones operationibus, & econuerſo, coniungi. In temperantia nanque concupiſcentiis iunguntur comeſtio, potio, generatio: in fortitudine timori & audaciæ, aggresſio periculorum, prælia; in iuſtitia reſtitutionibus, emptionibus &c. iungitur ſaltem amor. quia igitur ut plurimum paſſiones & operationes noſtrę iunguntur, inſinuauit author per ly, principaliter, quòd uirtutes a uirtutibus non ſic diſtinguuntur, quòd aliquæ circa ſolas paſſiones, aliquæ circa ſolas operationes: ſed quia principaliter circa paſſiones, uel principaliter circa operationes, ut materiam propriam, ſunt.

In iſto art.

K ¶Tertiò nota ex corpore arti. quomodo ex concurſu paſſionis & operationis circa idem plures uirtutes politicæ fiunt, ut poſtmodũ cum de uitiis tractabitur, quomodo ſpecificationes eorum fiant, melius ipſe diſcutere ſcias. Hinc enim habes, quod percuſſor ex ira duabus contrariatur uirtutibus, iuſtitiæ & manſuetudini: ſimiliter adulter temperantiam & iuſtitiam uiolat, & ſic de aliis.

¶ Quartò nota, ꝙ ex his, quę dicuntur in hoc articulo, duo habentur. Primum eſt, quòd bonum & malum in operationibus ſic attenditur ſecundum ſeipſas, ut nihil referat qualitercunque ſe habeat operans